



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 61. Iterata Vinariensium clades.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

## §. LXI.

Sæc. XVII.  
A. C. 1643.*Iterata Vinariensium clades.*

Capta hac urbe Gallo - Vinarienses  
 hostium securi legiones suas par-  
 tim Tutlingæ, partim Melenii & Mæ-  
 ningæ dispersos habebant, bellicque tor-  
 menta, omnemque bellicum apparatus  
 haud procul Tutlinga reponebant, op-  
 posito milite, qui præsidio esset: In-  
 consulta hæc securitatis fiducia Mer-  
 cium invitabat, ut inopina vi hostem  
 opprimeret. Jubetur igitur Joannes  
 Werthius, trucidatis excubiis, hosti-  
 lia belli tormenta occupare, quibus  
 die vigesima quarta Novembris poti-  
 tus Hamburgensem quoque arcem omni  
 capto Gallorum præsidio in suam rede-  
 git potestatem, ipsamque Tutlingam  
 urbem tam arcte undique cinxit, ut  
 nec Galli, nec Vinarienses obsessis o-  
 pem ferre possent. Tentabat quidem  
 Rosa Sueci Equitatus Dux cum suis  
 Bavaros aggredi, ad primum tamen  
 hostis conspectum retrocessit: Institit  
 fugientibus ipsemet Mercius, qui eos  
 Melenii affecutus, tres peditum cater-  
 vas fudit, ac disjecit: Werthius quo-  
 que cum suis Equitibus decem Galli-  
 cas legiones, plurimis cæsis, captis-  
 que in fugam egit: Ita facile Cæsarei

*Le Blanc.  
Hist. de  
Bav. t. 4.*

Xx 5

Tut-



Sæc. XVII. Tutlinga urbe potiti, reliquas Gallorum, Suecorumque stationes, prout inter Cæsareo - Bavaros Belliduces convenerat, aggressi præter Italicam Mazarini Cardinalis legionem quam plurimos interneccione deleverunt, divisas vero Gallorum legiones ad deditionem compulere: Pauci cum Rosa Sueci Equitatus Præfecto ultra Rhenum fuga elapsi sunt, ceteri omnes, plusquam sex millia, unacum pecuniis, bellicoque apparatu, & vexillis sine ulla ferme sanguinis effusione intra biduum in potestatem Victorum venire. Die autem vigesima sexta Novembris Bavari promotis Tutlinga castris Rottwillam obsedere, ac tertio post die paulo ante a Vinariensibus expugnatam recuperarunt, captis præfidiariis, soloque Friderico Wirtembergico Duce cum præcipuis Tribunis, farcinisque discedere permissis: Gallici quoque exercitus reliquiæ in Alsatiam profugere.

## §. LXII.

*Hispani a Gallis profligati,*

*Ferrev. hist. contin. Hisp. cap. 2. t. 13.* Felicius cecidit belli alea Gallis in Catalonia ad castellum Mirabellam, cujus urbis obsidionem Hispani non sine magna suorum clade die prima Martij